dit hirlm: ⁊ intrās in templū abstulit oīa ꝑciosa eius. Inde antioch⁹ interꝓtat silentiū paupertatis: ⁊ significat diabolū seu peccatū: qui silet pauptatē bonoꝝ spūaliū: ad quā alam inducit. Intrat enī templū dei. s. coꝛ cū supbia ꝓtēt⁹ dei Et aufert. vij. genera bonoꝝ spūaliū ibi figurata. Primo quidē altare aureū: quod significat christū dei sapiam: cui⁹ gustū peccatoꝛ perdit. Secūdo aufert cādelabꝛū cum. vij. lucernis. i. grām spūs sancti: cū. vij. donis eius vel beatitudinibus. Tertio furat mēsam ꝓpositōis in qua cōtinue manebāt. xij. panes ꝓpositōis. Et hec est fides formata cū. xij. articulis. Quarto aufert de tēplo aime cortinas seu vela de q̄tuoꝛ colorib⁹: q̄ significāt q̄tuoꝛ ⁊utes cardinales: prudentiā: iusticiā: foꝛtitudinē: ⁊ tēperantiā: immo vasa tēpli ⁊ libatoꝛia. i. in quib⁹ solida ponebant: vt farina vel panis ⁊ hi⁹. Et significat ꝓtinētia ad spem: q̄ futurā beatitudinē facit ꝓeliare. Phialas q̄z in quib⁹ cōtinebant liq̄da: vt vinū: oleū: ⁊ hi⁹. ⁊ significat viscera pietatis vt liquescat lachꝛymis ꝓpūctōis: deuotōis: ⁊ compassiōis. Mortariola etiā in quib⁹ aromata vt thus ⁊ thimiama redigebant in puluerē: q̄ sunt meditatōes ⁊ affectōes humilitat: que ceteras ⁊utes humiliāt: ⁊ q̄si in puluerē redigūt odoꝛiferū: dū humilia de se sentit ⁊tuosus. Quinto vela seu cortinas de pagis cilicinis. i. fructū seu op⁹ pnie ⁊ austeritat. Sexto ornamētū aureuz .s. charitat ⁊ coꝛone pmia. Septimo aufert vasa cōcupiscibilia. i. opa facta in gratia q̄ ad meritū dū moꝛat in peccato. His bonis erat spoliatus ille paup: de quo dī apo. iij. Dicis q̄a diues sum locupletat⁹ ⁊ nulli⁹ egeo: ⁊ nescis q̄ miseres: paup cec⁹ ⁊ nud⁹. Q. amaritudinē inducat peccatū habes Hiere. ij. vbi dñs dicit alie peccatrici. Scito ⁊ vide q̄ malum ⁊ amarū est tibi dereliquisse te deū tuū. s. ꝑ peccatū: ⁊ timoꝛē ei⁹ nō esse apud te. Salū quidez est q̄ est pīnatio boni. s. virtutū: vt dictū est. Amaꝝ q̄ inquietudinē ⁊ punctōnem inducit. Unde phs dicit: q̄ois mal⁹ implet penitudiue ꝓpter remoꝛsum. s. cōscie. Isa. lvij. Coꝛ impij quasi mare q̄d q̄escē non pōt. ⁊. b. aug. in li. ꝓfes. Iussisti dñe ⁊ sic: vt ois inordinat⁹ alm⁹ ipe sibi pena sit. i. spḡit de⁹ amaritudies sup illicitas cupiditates. b. ambz. O q̄ magna est amaritudo petꝛi meoꝝ: pro qua tollēda tāta fuit necēsaria amaritudo scilicet passiōis ⁊ moꝛtis christi. Uerūtn nutriti in peccatis non sentiūt istā amaritudinē: q̄ sicut facti sunt piscib⁹ maris: q̄ ꝓpt assuetudinē nutrimēti ex aqua maris amara seu salsa estimāt aquaz illā dulcē. Sicut etiā sunt mulieri pregnāti: cui amara saptūt: ⁊ suauia fastidiūt. Si q̄ ꝓceperūt doloꝛē: ⁊ peperūt iniquitatē: ponūt dulce i amarū: amaꝝ in dulce: vt dī Isa. v. Et hoc ꝓpt palatū infectū febre peccati. Legit q̄ cū quidā fatuus audiret multū cōmendare falconē dñi sui de bonitate: occidit eū ⁊ comedit. Et cū plāgēt ab amicis dñi: ⁊ cōmēdaret ab eis de bonitate: nesciētes q̄d actū esset de eo: dixit fatu⁹. Falsuz est: q̄z ego comedi eū cū audirē tm cōmendare: putās eē suauissimū cibū: ꝑ nunq̄ comedi amaꝛiozes carnes. Sic hoīes fatui credētes inuenire multā dulcedinē in peccato: in fine inenitūt multā amaritudinē. Unde legit de q̄dā virgie que diu caste vixerat: ⁊ cum instigaret a diabolo de luxuria ad expiendā delectatiōem ei⁹ maximā: ⁊ quidā etiā viuēs honeste nimis familiariter cum ea cōuersaret etiā virgo: tentat⁹ ⁊ ipe ad expiendū hi⁹ delectatōem. Demū victi a diabolo cōmixti sunt simt. Qua delectatiōe expta ad tantā amaritudinē deuenit: q̄ virginitatē amisisz ꝓpt tā vilē ⁊ turpē ⁊ momētaneā delectatiōem: q̄ p̄ amaritudie moꝛtua ē. ℣. VIII

Septimo et ultimo peccatū facit hoīem mōstruosum ⁊ variū seu instabilem Treñ. i. Peccatū peccauit hiᵗ lm: ꝓpterea instabilis facta est. Unde ⁊ caim post peccatū ait dño. Ecce eijcis me hodie a facie tua: vagus et ꝑfugus ero super terrā. Et postea dī q̄ posuit dñs signū in caim. Et hoc fuisse dī: q̄z erat tremulent⁹ seu palyticus: quod est q̄d mōstruosuz Unde ⁊. b. aug. in ylti. li. de ci. dei: narrat de q̄dam matrona vidua: que cuz a filijs suis quos decez habebat fuisset offensa: ꝓpt q̄ eos male dixit: subito oēs talis infirmitas apprehendit: vt oīa eoꝝ mēbꝛa tremoꝛ quatereē: q̄ erat ita mōstruosum: vt oim aspect⁹ ad se ꝓterēt. Nonne valde mōstruosum eēt: si yn⁹ hō eēt qui haberet in se de nā ⁊ ꝓpetate diūsoꝝ aialiū: vt. s. caput hēt hois: ꝑ mēbꝛū aliq̄ leonis: aliud porci: aliud canis: aliud vsi: ⁊ hmōi. Sic euenit ait phia boetio in li. de phīca ꝓsol. vt q̄ ꝓbitate defta diuersis vitijs trāsformatū videas: cū i diuinā ꝓditōez trāsire nō possit: ytaq̄ in beluā: ⁊ leo q̄dē efficit ꝑ supbiā: porc⁹ ꝑ luxuriā: vulpes ꝑ dolositatē: ⁊ sic de alijs. Et pmaxie mōstruosuz aial est platus: ⁊ quicūq̄ rector male vite ⁊ exēpli. Unde. b. ber. Mōstruosa res est: grad⁹ ꝑm⁹ ⁊ anim⁹ imus. Sedes pma: vita infinita. Lingua magniloqua: manus ociosa ⁊ vultus grauis: actus leuis ⁊c. Et Isa. xxxiij. dī de peccatoꝛib⁹. Oriēt in domib⁹ eoꝝ. i. cōscie tijs spine ⁊ vrtice: ⁊ paliurus in munitoīb⁹ eius Et erit cubile leonuz ⁊ pascua strucionū: ⁊ occurrēt demonia onocētaur⁹ ⁊ pilosus: ⁊ clamabit alter ad alterū. Ibi cubabit lamia: ⁊ inuenit sibi requiē. Ibi habuit foucā eriti⁹: ⁊ enutriuit catulos suos. Ibi ꝛgregati sunt milui alter ad alterū. Et paulo supius dicit. Et ibix ⁊ corvus habitabūt in ea. Hec aialia significant diuersa vicia peccatoꝝ ꝑ que illis assimilant. Silis est

peccatoꝝ monstruoso euãgelico: qui simul erat demoniacus cecus: surdus ⁊ mutus: quez dñs iesus sanauit. Ad.u.xi. Hã peccator cecus est qz non videt finẽ suũ ⁊ piculũ: vel monocul⁹ sicut in quibusdã pribus dicunt hoies mõstruosi: qz nõ bñt nisi vnũ oculũ. s. ad terrena. Surdus ẽ qui non audit diuina p̃cepta. Mutus est q̃ nõ fatet peccata, sua: nec deũ laudat in opib⁹ suis. Demoniacus furijs ab eo agitat⁹ ad oia mala Et breuit peccatũ facit hoiez nõ solũ demoniacũ: cecũ: surdũ: ⁊ mutũ: ꝟ omni miseria miserũ. pũ. xiij. Miseros facit populos peccatũ. be. Aug. Quid misero miseri⁹: nõ miserẽte seipso Et ideo dicit. Miserere aie tue fili placẽs deo .s. amouẽdo a te miseriam peccati.

¶ Timẽdũ ẽ in pñti ꝑpt. vij. picla. Ca. vij.

Secundo timẽdũ

est in pñti ꝓpter piculoꝝ multiplicitatẽ. Sz timoze initiali: vt meritũ quis ꝓsequat: ⁊ p̃miũ. ꝓpt qđ dr. puer. xxviij. Beatus vir qui semp est pauidus. Qui vero mẽtis ẽ dure cozruet i malũ. Ecõtra. b. Hiero. Ego oia tuta timeo. Utiq; timendũ est nobis: qz hoc mare magnũ ⁊ spaciosũ manibus. i. demonib⁹: ait ps. est h̃ seculũ in quo vsamur. Sz vt dr Eccl. xliij. Qui nauigãt mare enarrãt pricula eius: q̃ vtiq; tãta nõ sunt in mãli mari q̃ta in mundi inhabitatõne: ⁊ hoc ex septem.

Ex eoꝝ immanitate. Ex ꝓditõis fragilitate. Ex hoium fatuitate. Ex temporis q̃litate. Ex malor̃ societate. Ex ſbmersiõis ꝓpiq̃tate. Ex paucoꝝ euasibilitate. §. I.

Est primo periculum

in mari ꝓpter ventoꝝ vehemẽtiã ⁊ ɔrietatem. Dañ. vij. Et vidit quatuor vẽtos pugnãtes in mari. s. vanus timor: vana spes: vanus dolor: ⁊ vanũ gaudiũ. Scõo piculosuz est ꝓpter monstroꝝ diuersitatẽ q̃ monstra designãt Dañ. iiij. per quatuor bestias q̃ surgebãt de mari. Prima silis leoni significat supbiã. Scõa silis vrso significat carnalẽ voluptatem cõcupiscẽtie. Tertia silis pardo auariciã. Quarta dentes bñs ferreos: crudelitatẽ ⁊ maliciã: vt significat quatuor genera psecutionũ i mũdo. s. tyrãnoꝝ p cruciatus: hereticoꝝ p doctrinã: hypocritaꝝ p fictã vitã ⁊ antixp̃i. Sunt ⁊ in hoc mari alia mõstra. s. syrene cãtates suauiter. i. pisces i mari. Ne bñt voces ⁊ suauit cãtãt: vt faciũt homines nauigãtes obdormire: ⁊ inde nauẽ pire Dos q̃ sũt adulatores debem⁹ vt ait. b. Hiero. surda aure trãsire ad modũ vlixis sapiẽtis: qui dr aures obturasse: ne audirz voces eaꝝ. Adulatores. n. hi⁹ ⁊ blandi malorum suasores: ad quoꝝ cãtus. i. suasiones hoies se p̃iciũt in pericula mũdi: ne audiant obturãde sunt aures mẽtis ꝓsideratõe deformitatis peccati tanq̃ pice. Et de hoc mari alia bestia mõstruosa exurgẽs malicie ⁊ inobediẽtie: de qua dr Apoc. xiij. Vidi bestiã de mari ascẽdẽtẽ que habebat septẽ capita ⁊ decẽ cornua. Capita. vij. sunt. vij. vitia capitalia. Decẽ cornua sunt trãsgressiões decẽ p̃ceptoꝝ legis: p que pugnat diabol⁹ cõtra nauigãtes hoc mare: vt faciat perire. Tertio sũt in mari picula ꝓpter peccatoꝝ põderositatẽ: cũ q̃bus sunt ⁊ natãt seu nauigãt p mare. Nã eni nauis est nimis onerata: ⁊ p̃cipue exurgẽte tẽpestate: nisi alleuiaret ſbmergeret. Onerat nauim alicuius cõgregatõnis peccatũ graue aliquoꝝ sicut nauis in q̃ nauigabat iudas cũ apostolis in mari galilee piclitabat. b. amb. Cauea mus ꝓditorẽ iudã: ne p vnũ multi fluctuemus xxij. q. i. nõ turbat. Quarto est magnũ piculum ꝓpter vasis debilitatẽ. Est eni corp⁹ humanũ ⁊ sensualitas fragilioꝝ oi vitreo. Sed ⁊ nauis ista est pforata: ita q̃ intrãt paulati aq̃ tẽtationũ ⁊ malaꝝ delectationũ vsq; ad aiam p foramina q̃q; sẽsuũ. Et sicut paulati ⁊ q̃si gutta tim aque intrãt in nauim p rimas: ⁊ nisi euacuent ita augerent q̃ nauim submergerẽt: ita etiã minima peccata nisi expellãt de mẽte p ꝓtritionem ⁊ alios pios modos: ita aggrauãt mẽtem q̃ de facili posset ds submergi in infernũ p mortale. Unde. b. aug. Nõ facit fluct⁹ irruẽs: hoc lentina neglecta. Quito oñdit piculũ ꝓpter defectũ necessariorum ad viuendũ ⁊ nauigandum. Carent eni virtutibus p q̃s vt per instrumẽta bñt duci. Carent etiam vento grate aure spũs sancti: sine q̃ nõ põt nauis ꝓcedere in bonũ. Carent nutrimẽto spũaliũ cõsolationũ. Sexto oñdit piculũ ꝓpter eoꝝ varietatẽ. Numerat. n. apl⁹ varia picula in que incurrit q̃bus spũaliter plenus est mũdus. i. cozin. xj. Periculũ fluminũ: carnaliũ motuũ ad voluptates: piculũ latronũ: demonũ vel supbie ⁊ inanis glozie: q̃ furant thesauros spũaliũ bonoꝝ. Periculis ex genere. i. cõsanguineoꝝ ꝓpter nimiã ad eos affectionẽ. Periculis ex gentibus: in infidelib⁹ verbis vel factis instigãtibus ad errores. Periculis in ciuitate: ex diuersis officijs in iudicãdo ⁊ nõ recte ⁊ ciuiliter ꝓuersando. Periculis in solitudine: per accidiã ⁊ ꝓsumptõem suiipi⁹: ⁊ ppriã volũtatẽ sequẽdo. Periculis in mari i studio sacre scripture que mare dicit: non sane intelligendo: sed falso vt heretici. Vel in mari tribulationũ ne deficiat. Ut pnie ne recte agat Periculũ in falsis fratribus. i. hypocrit̃ ⁊ dolo simulãtib⁹ se aicos ad decipiẽdũ ⁊ nocendum.

Septio oñdit piculũ ppt pplexitatẽ ⁊ implicatõem maloꝝ ad inuicẽ. Aliq̃n. n. ds est ita implicat⁹ i aliq̃ negocio vt ñ videat modũ euitãdi

quin alterꝫ malorꝫ incurrat. Et dñ vnum vitiū vult euadere:in aliud inuoluit:sicut volēdo vitare vanā leticiā:incurrit accidiā ꝛ ecōtra. Vñ legit i vitis patrū:q.b. Anto. vidit mūdū totū plenū laqis se iuicē ꝓnectētib⁹. Et cū clamasset Antoni⁹. Q̄s istos euadet? Vox de celo ad eum facta est:sola humilitas. .§.II.

Secundū unde ostendit magnitudo piculi h⁹ mūdi: ppē qō sp in tiore manēdum est. Juxta illud. Nisi tenueris te instant in timore dñi:cito sūuertet dom⁹ tua sez ꝓscie. Est fatuitas hoim nō vidētiū vel curātiū de pericl' ppē qō seqt in eis qō dr in eccl'. xij. Qui amat piculū incidet in illud. Et hec fatuitas ondit ex. vij. Primo qz nō vitāt nec formidāt hoies ipa picula:nō attēdētes illō poete. Felix quē faciūt aliena pericula cautū. Sicut Balaam ariol⁹ assuet⁹ mōstris: mōstra visa nec stupebat nec formidabat:ita isti piclitātiū visa picula nō vitāt. Silꝫ sunt latronib⁹ q̄ cū vidēt aliquē de latronib⁹ socijs suspēdi:nō ppē h̄ dimittūt furta:estimātes illud sibi nō ee verum. Secūdo appet fatuitas hoim:qz nō solū timēt ꝫ nec sentiūt picula in qb⁹ sunt:ad modū ebriosoꝝ ꝛ dormiētiū. Hi sunt silꝫ ione ppē cui⁹ petim nauis piclitabat. Alij oēs clamabāt ꝛ timebāt attēdē tes piculū sōmersiōis nauis. Ipe sol⁹ i ea tēpestate ꝛ pericl'o dormiebat Jone. ij. ꝛ iō alijs inocētib⁹ euadētib⁹:ipe sol⁹ remānsit i pericl'o absorbit⁹ a cete. Et ꝓ. xxiij. Eris q̄si dormiēs in mari:ꝛ q̄si gubernatoꝝ amisso clauo. Tertio appet ex h̄:qz nō solū nō sentiūt piculū: imo etiā ipm diligūt:adeo q se sciēter in illud ipingūt ꝛ imergūt:currētes ad loca q̄ sciūt sibi periculosa: ad loca vbi sunt occasiōes petōꝝ:ꝛ in spectacl' mulieꝝ ꝛ hi⁹ ꝓ. vij. De fenestra dom⁹ mee ꝓspexi ꝛ ecce vidco vecordē:ꝛ mulier occurrit ei in habitu meretricio ad capiēdas aīas. Et paulop⁹ Et sequit eū q̄si bos duct⁹ ad victimā ꝛ agnus lasciuiēs:ꝛ velut si auis festinet ad laqz:ꝛ nescit q̄ de piculo aīe agit. Quarto qz nō solū pricula amāt:ꝫ piclitātibus se illaqant:vt ab eis auelli neq̄ant:ad modū eoꝝ q̄ cū sit in piculo sōmersiōis:aliq̄ vt fatui volētes eos liberare mittūt se in aq̄s illos apphēdēdo:ꝛ cū ill'se strigendo. Sed talit astrigūt q̄ peūtes nunq̄ eos dimittūt:imo ꝛ cū eis pereūt: sicut accidit cuiq̄ i vitis patrū legit:q̄ cū scūm deseruisset ꝛ in heremo deo fuiret:appuit ei diabol⁹ in forma viatoris cū mltis lris: dicēs se missum a suis consanguineis:eo q̄ mortui eēnt sui ꝛ dimissēt ei magnā hereditatē paupib⁹ dispēsādā:nisi ipe illuc iret:mlta scādala oriren̄t de sbstātia illa. Dō ille incaut⁹ pgēs ad ciuitatē ꝓ hi⁹re sedāda ꝛ substātia erogāda:inuenit oēs incolumes: q̄ tñ rogat⁹ ab eis vt cū ipis remaneret: acqescēs scto se totū dedit. Quito qz cū deberēt se exonerare ꝛ explicare ab impedimētis in piculo sitī: ad motū aq̄ꝫ tumentiū:vt nudi ꝛ expediti liberius possint natare ꝛ euadere:ipi ecōtrario magis se onerāt ꝛ implicāt reb⁹ tpalib⁹ et nociuis .i. thimo. vi. Qui volūt diuites fieri incidūt in tētatōes ꝛ laqꝫ magnū diaboli ꝛ desideria mlta inutilia:q̄ ducūt hoiez ad interitū. Sexto qz cū sint in piculo:deū nō excitāt nec aditatoria alioꝝ vocāt:sine qb⁹ euadere neq̄unt. Sz potⁿ volētes eos a pericl'o liberare ꝓtenūt: ꝛ enā eos q̄s vidēt sibi nō acqescere ꝛ picula fugere eozꝫ monita irridēt. Silꝫ sunt isti duob⁹ generib⁹ loth:q̄s cū admonuisset vt discederēt de ciuitate pessima:ne inuoluerēt in piculo in pditōe illoꝝ de sodamis:nō acqeuerūt:ꝫ visus est eis p risum loq̄:ꝛ ideo inciderūt cū illis in pditiōem. Septimū nō solū diuinū aditatoriū vel scōꝝ nō aduocāt:ꝫ eos ad iracūdiā ꝓtumelijs ꝓuocāt ꝛ vt maris delphines in tempestate saltāt:ꝛ vt frenetici in suis periculis exultant:ꝛ eos quos non vident inuolui periculis:insensatos ꝛ insanos reputant. Sap. v. Nos insensati vitā illorum estimabamus insaniam. .§.III.

Tertio ostēditur q̄ hō sit in magno piculo ppē ꝓditōis fragilitatē. Job. xiij. Hō natus de muliere brcui viuēs tpe:replet⁹ multi miseriꝫ:qui q̄si flos egredit ꝛ ꝓterit:ꝛ fugit velut vmbra:ꝛ nunq̄ in eodē statu pmanet. Idē iob q̄rto. c. Ecce q̄ seruiūt ei nō sunt stabiles:ꝛ i angelis suis inuēit prauitatē. s. q̄ ceciderūt:ꝛ q̄ro magꝫ q̄ habitāt domos luteas:ꝛ terrenū bn fūdamētū. dom⁹ lutea ē coꝛp⁹ in q̄ sunt q̄tuor pugiles ꝓtinue pugnātes adinuicē:q̄tuor. s. humores:calidū:frigidū:humidū:ꝛ siccū. etsi vnus ꝓ alio vicerit excessiue supabūdās ifirmat coꝛp⁹ ꝛ demū domus lutea corruit:etsi male vixit:ad suspēdiū eternū trahit. Vñ dr i li. de. vij. donis q̄ quidā rex q̄siuit a q̄dā phō de q̄nq̄ qōib⁹que faciūt ad ꝓpositū: ad ondēdū fragilitatē ꝓditionis humane:ꝛ exide magnū piculū:ad q̄ singulas rndit. Et ꝓma fuit. Quid ē hō: Et rndit phs. Bacipiū dr mortis:hospes loci: viatoꝝ trāsiēs. Bacipiū dr:qz manū mortis euadere neq̄t. Et qz mors oēs dies ei⁹ ꝛ labores rapit Hospes dr loci:qz cito obliuiscī tradit:ꝫ cū gaudio recipiat. Ac etiā qz pascēs ꝛ potās nihil immane de hospitio vel reb⁹ hospitij portare pmittit:ꝛ qz in introitu in hospitiū multa ei ꝓmittūt suauia q̄ nō soluūt seu exhibēt. Dr q̄s viatoꝝ trāsiēs:qz siue dormiēdo siue vigilando siue comedēdo vel loq̄ndo:nec per momētū de scit q̄n currat ad mortē. Secūda qō fuit. Cui silꝫ est hō: Et phs. Silꝫ ē aceruo niuis: rose matutine:pomo nouo. Acerno niuis: qz vt acerꝰ niuis modico caloꝛe cito in aquaz de qua

fuerat resoluit: sic hō genit⁹ de putredine mo-
dica infirmitate in cū reuertit. Rose matutie
qz in iuuētute hñs colozē viuidū: in vespe sene-
ctutis habet marcidū. Homo nouo: qz duz in
arboze pendēs ad crementū debitū peruenire
credit: verme interi⁹ exorto corrodit: ꝛ subito
corruens inutile efficit: ꝛ sic frequēter hō in pu
ericia sua subita infirmitate ꝛ morte punct⁹ in-
utilis suis inuenit. ps. cxliij. Hō vanitati simil
factus est. Tertia questio est. Quō se habet
homo? Rñdit phs: Ut lucerna ad ventū que
cito extinguit: ꝛ vt scintilla in mari que cito ab
vndis absorbet. Sap. v. Ut spuma gracil que
cito a procella dispgit: vt lanugo q̄ subito a vē
to rapit. Quarta questio. Ubi est hō? Rñ-
dit phus. In bello multiplici ꝛ diuerso: qz in se
habet bellū intestinū remordētis ꝛ sciētie: si est
in pctō. In ꝓpo corpe hz bellū ciuile ꝛ vicinuz
quatuoz elemētoꝝ pugnātiū adinuicē: p ꝟrias
qualitates vt s̄ dictū est. Uolibet quatuoz ele-
mētoꝝ vult eū sibi vēdicare ab alio: ꝛ p hoc pu
gnat cū alijs vt pdñet. Terra vt fiat melācolī-
cus: Aqua vt fiat flegmaticus. Aer vt fiat san
guineus. Ignis vt fiat colericus. Quodlibet
hoz in hoie ꝛ p hoie pugnat ꝟ aliuz: ꝛ qōlibet
hoz p virib⁹ alteri repugnat. Tertiū bellum
est reꝝ ex ꝛcupiscibiliū que bellāt alliciendo: vt
pea hoies se a deo auertāt ꝛ ad se p inordinatū
affectū ꝛuertāt. Quīta questio est. Cū qb⁹
socijs est hō? Rñdit phus: cū septē qui frequēt
eū molestāt. ꝛ hi sunt fames: sitis: calor: frigus:
lassitudo: infirmitas: ꝛ moꝛs. Et vt istis satisfa
ciat hō frequēt deū offendit. .§. IIII.

Quarto apparet peri

culū magnū. vnde ꝛ timendū ꝓpter maloꝝ so-
cietatē: qz hō nāliter est aīal sociale ꝛ ciuile: iō
cōiter delectat ꝛuersari cū alijs. Sed qz pauci
sunt electi: ꝛ multi sunt qui incedūt p viā latam
viciozꝝ: que ducit ad pditōem. Jō vitāda est so-
cietas hoīm familiaris: nisi notū sit eos esse bo
nos. Nā vt dicit ps. Cū sancto sanct⁹ eris: cuz
puerso puerteris. xxvij. q. i. Sepe maloꝝ ꝛsoꝛ-
tia ad crimē inducūt innocētes. Un Petrus
apl⁹ cū fuit inter bonos. s. socios suos apl⁹os
ꝛfessus est xpm: dicens. Tu es christus filius
dei viui. Sed cū repit se cū pfidis iudeis in do
mo caiphe: xpm negauit ꝛ peierauit. Cōsiderā
tes sancti viri picula ꝛuersatōis hūane: solitu-
dinē q̄rebāt. Sic Jo. baptista: antra deserti te-
neris sb annis: ciuiū turmas fugiens petijt: ne
leui saltē maculare vitā famine posset. Adā cū
esset solus non est ꝑuaricat⁹. Associatus autē
ne ꝛtristaret socīā euam: ei acq̄uit in trāsgres-
sione precepti. Sen. Quotiēs inter hoies fui
minus homo fui. Sic Judas machabeus cuz
fratrib⁹ magī elegit vitā ducere in deserto: feni
cibo vescētes: q̄ cū hoibus in ciuitate declinan
tibus a lege dñi. Christus etiā resurgēs a moꝛ
tuis non legit ꝛuersatū fuisse cū malis: ꝟ tñ cū
bonis vt discipulis quibus sepe apparuit. Sz
ꝛ Apoc. xij. dr: q draco traxit tertiā ptē stellaꝝ
de celo in terrā cauda sua. Prima ps stellaꝝ. i:
angeloꝝ est eoꝝ: qui voluerūt deo ꝛtēplādo as
sistere. Secūda ps est eoꝝ qui pati fuerāt ei mini
strādo obedire. Et hi nō ceciderūt: ꝟ i veritate
steterūt. Tertia ps ē eoꝝ qui parati fuerūt dia
bolo ꝛsentire eū imitādo in sua supbia: nō reco
gnoscētes seu expectantes suā gl̄am a deo. Et
sic cū mala societate tracti sunt in ꝓfundū laci
cū dracone lucifero: vñ traxerūt exemplū imi-
tatōis male. Propterea deus ꝓhibuit pp̄m
isr̄l ꝟhere matrimonia cū gētilibus: ne ex eoꝝ
societate addiscerēt supstitiōes eoꝝ. Descēden-
tes ex seth: filio tertio ade: qui dicunt filij dei qz
boni erant: cū cōmiscuerūt se cū descēdentibus
ex caim que dicunt filie hoīm que male erant.
inde effecti sunt mali ꝛ dediti vicijs carnalibus
ꝓpter que deus imisit diluuiū. Gen. vi. Unō
in puer. Qui tetigerit picē inquinabit ab ea:
Ecclē. xiij. Qui cōicat supbo: induet supbiam.
Et sicut in ꝛpalibus mūdus est plenus piculis
deceptionū ita in spūalib⁹. Propt quod dicit
Hiere. ix. c. Unusq̄sq̄ a ꝓximo suo caueat: ꝛ in
oi fratre suo non hz fiduciā: qz ois frater sup-
plantās. Exemplū de illo ꝓpheta q̄ fuit missus
a deo de iudea in samariā. vt reꝑhēderet hiero
boā de idolatria sua. Cui cū dñs ꝓcepisset ne
comederet in samaria: accedēs illuc ꝛ intrepi-
de arguēs ꝛ publice regē hieroboā ꝛ extensam
manū seu brachiū regis vt caperet arefactā sa
nauit: nec oblata munera recipe voluit a rege:
postea cū reuerteret: quidaz falsus ꝓpheta ex
pte dei suasit sibi: vt rediēs samariā comederet
cū eo: qz deus sibi hoc mādauerat qō credens:
cū falsum esset cū comederet cū ipso ꝓpha in
uitāte p cūdē sibi declaratū est se deceptū: ꝓpē
qō puniret ꝓut accidit: qz sutfocatus est a leo
ne in via. iij. Reg. xiij. Joseph sanct⁹ vendit⁹
a fratribus in egyptū: cū fideliter tractaret bo
na dñi sui falso accusatus ab vxore patroni: qa
noluit sibi ope nepharío assentire: cū tñ p mul
ta eū quesisset ad ꝺ inducere: vt hī in li. ō xij. pa
triarchis: incarcerat⁹ est. Licet postea deo op
ante mirabilit exaltatus est. Narrat Petrus
alphon. q cū quidā diues amisisset vnū sacculū
aureoꝝ: in quo erat etiā vn⁹ serpēs sculptus ō
auro. Fecit p ꝑconē clamari: q qui inuentū re-
signasset ei: donaret sibi. x. florenos. Huc igit
sacculū quidā paup inuenit ꝛ inuita vxore sua
restituit diuitī illi. Solēs aūt diues q paup ha
beret de illis. x. aureos ꝓut ꝓmiserat accusauit
ip̄m coꝝ iudice: dicens qz in sacculo illo erant
duo serpentes aurei ꝛ vnuz solum reddidisset.

Cōsultus aūt sup hoc quidā phs q̄ dicebat auxiliū miseroꝝ: dixit. Viues ꝓbus hō videt nec videt veriſile q̄ debeat mētiri paup etiā ille et fidelis: q̄ potuit sibi retinere pecuniā illaz: ⁊ tñ reddidit: ⁊ sic videt fidel⁹ ⁊ veridic⁹. Scōz g̃ dictū diuitis iſte nō est saccul⁹ ei⁹: exq̄ ibi tm̄ vn⁹ est serpēs aureus ⁊ in suo erāt duo. Retine g̃ eū tu paup quousq̄ inueniat sacculus diuiti in quo sunt duo serpētes. Qua ꝓcepta ſnia iudicis falſas est se falſuz dixiſſe diues: q̄. ſ. ibi non erat niſi vnus ſpens: sed hoc faceret ne paup illos. x. haberet. §. V.

Quinto apparet mundus piculosus ex tpis q̃litate.

Dicit. n. apls. ij. ad thimo. iij. In nouiſſimis tpibus inſtabūt tē poza piculoſa. Erūt. n. homes seipos amantes cupidi: elati ⁊c. Temp⁹ itaq̄ piculoſuz est q̄ ad corpa ⁊ cauſatiuū infirmitatū: q̄n ſimℓ ⁊ semel ē minus calidū ⁊ frigidū ⁊ siccū. Sic ſpūalit ē in hoibus modernis: q̄ sunt in nouiſſio tpe: nimi⁹ calor cupiditatis deſiccās hūoꝛē gr̃e ⁊ charitatis: vñ q̄ nō habēt humoꝛē ozto ſole tribℓatōis vel oblate ꝓſperitatis aret in eis ꝓpositū bone volūtatis. Erūt. n. homines seipos amātes ⁊c. Vix in mūdo iā amaℓ aliq̄d pure ꝓpter deū: ſ oia ꝓpter ꝓpriū ꝫmodū. Periculoſū tps ē ꝓpter abundantiā siccitatis. ſ. ex ingratitudine. Eſt. n. ingratitudo ventus vrēs: deſiccās fontē diuine pietaſ: fluēta gr̃e: ⁊ roꝛē miſericordie Vñ ⁊ in dicta auct̄e dō ingrati ſceleſti ſine affectōe. Ingratitudo fuit cā deſtructōis hieroſolymoꝛ: vt ꝑz Lu. xix. cū xps dixit. Non relinquēt in te lapidē sup lapidē q̄ nō deſtruet: eo q̄ non cognoueris tps viſitatōis tue. Hiere. viij. Milu⁹ cognouit in celo tps suū ⁊c. Popul⁹ aūt meus me nō cognouit. Ber. recolēs in coꝛ de meo toꝛpoꝛē tepoꝛēq̄ hoꝛ miſerabiliū tpm in me metipo ꝫfundoꝛ. Cui. n. modernoꝛ inferat tñ gaudiū tātoꝛ bñficioꝛ exhibitio: q̄tum antiqs patrib⁹ ſola ꝓmiſſio. Videt q̄ iā mūd⁹ ſit in pedib⁹ ſtatue. de q̄ Dan. ij. dō. q̄ ꝫiūgebat ferrū teſte: qđ ſignificat: q̄ in fine erūt homies abſq̄ federe ⁊ pace: ⁊ ſicci gr̃a gratitudis. Tertio eſt piculoſū ꝓpter abundantiā frigiditat: q̄ ℨbit hoiem ⁊ impedit a motu bonoꝛ opeꝛ. Sicut frigidā ciſterna facit aquā: Sic frigidā fac malicia aliaz ſuā. Vñ xps de vltio tpe ait. Qm̄ abūdauit iniqtas: refrigeſcet charitas multoꝛ Et ex hoc efficiūt hoies pigri ad bñ opandū. Vñ in pū. ꝓpter frigus piger arare noluit: iō mēdicabit eſtate. Ecōtra: Amoꝛ dei. n. nūq̄ eſt ocioſus. Opaℓ. n. magna ſi ē. i. opari facit. Si opari renuit: amoꝛ nō eſt. Amoꝛ. n. dei q̄ ē huic frigiditati ℨrius: ꝓpaℓ igni q̄ nunq̄ dicit ſuffic Sic ignis diuini amoꝛis semp ad alia ſe extendit. Quarto eſt piculoſū tps ꝓpter supabūdātiā hūoꝛis. i. voluptatū carnaliū. Vñ dō in dctā auct̄e apli. Voluptatū amatoꝛes magiſq̄ dei. Aptiſſime ꝫuenit huic tpi qđ dō Ben. vi. Dis quippe caro coꝛrupat viā suā. Et cū tps sit ꝑciosiſſimū: nil ꝑcioſi⁹ tpe: ait. b. Ber. Sz heu q̄ hodie nil viliꝰ reputaℓ qđ vtiq̄ recupari nō pōt. Et tñ hoies amittūt de ipſo nō solū hoꝛas ⁊ dies: ſed ⁊ mēſes ⁊ annos. Vñ cū quidā ſāct⁹ hō q̄tū tpis vixiſſet iterrogareℓ: cū ānodo cēt senex? Rñdit ille. xx. ānis. At interrogans ait qūo hoc veꝛ est cū ſis senex? Rñdit ille. Ego arbitroꝛ me. xx. ānis vixiſſe: q̄ tm̄ vixi q̄tū fui vi dō. ſ. xx. ānis reſiduū reputo pdidiſſe. §. VI.

Sexto est vita presēs

piculoſa valde: ꝓpter abſoꝛtōis ꝓpinq̄tatē ps: exiij. Pericula inferni inuenerūt me. Tētatō est vita hois sup terrā ſm aliā trāſlatōez. Job vi. In quocūq̄. n. ope tētatio ſe offert: inclinamus ad veniale: ⁊ de veniali ad moꝛtale: ſiue comedēdo: ſiue bibēdo: ſiue loquēdo: ſiue audiēdo ſiue reſpiciēdo. Hiere. ix. c. Moꝛs introiuit p feneſtras noſtras. ſ. ſenſuū. Quāciti⁹ aūt q̄s labiℓ in moꝛtale deſcēdit merito vſq̄ ad portas inferni. Et q̄ ꝑ ſe exire non pōt niſi manu diuina extrahaℓ de luto fecis ⁊ ꝯtinuo moꝛi pōt. iō est in magno piculo inferni. Periculū aūt maximū noſtrū ad inferos deſcendi oñdit balaā ad Joſaphat regē ꝑt refert Jo. damaſ. dicēnim qui delectatōes mūdanaſ deſideraāt ⁊ aliaſ suaſ fame veritatis perimūt ſiℓes sunt cuidaz hōi: q̄ dū a facie vnicoꝛnis ne ab eo deuoꝛareℓ velociꝰ fugeret i quoddā magnū baratrū cadere cepit. Dū aūt caderet: manib⁹ arbuſculā q̄dam appēdit q̄ erat in terra: pedes vo suos in q̄dā baſi lubꝛica ⁊ inſtabili fixit. Reſpiciēs vo vidit duos mures vnū albū ⁊ aliū nigꝝ inceſſāter radicē arbuſcℓe quā appēdeꝛat manu coꝛrodētes Et iam ꝓpe erat vt eā abſciderēt. In fūdo aūt baratri vidit draconē terribilē ſpirantē ignē: ⁊ apto oze ipſuz deuoꝛare cupientē. Sup baſes vero vbi pedes tenebat vidit q̄tuoꝛ aſpidū capita inde ꝓdeūtia. Eleuās aūt oc̄los vidit exiguū mellis de ramis illi⁹ arbuſcule pendentē Oblituſq̄ piculi in quo vndiq̄ positus erat: se ipz dulcedini illi⁹ mellis modici totū dedit. Ad ꝓpositū: vnicoꝛnus iſte moꝛtis tenet figurā q̄ hoies semp ꝑſequit ⁊ appꝛehēdere cupit. Baratrū vo mūdus est oībus malis plenus. Arbuſcula i terra: vniuſcuiuſq̄ est vita: q̄ ꝑ hoꝛas dieiꝰ ⁊ noctis quaſi ꝑ murē albū ⁊ nigrū inceſſāter ꝫſumit: ⁊ inciſioni ꝑ moꝛtē appꝛopinquat. Baſis q̄tuoꝛ aſpiduz vbi pedes figit: est coꝛp⁹ lubꝛicū luteū: ex q̄tuoꝛ elemētis ꝓpositū: qđ⁹ in ordinatis coꝛpis ꝫpago diſſoluit. Draco terribilis: os iferni cūctos deuoꝛare cupiēs. ſ. ſathanas rex eius: q̄ tanq̄ leo rugiēs circuit q̄rens

quē deuozet: vt dicit Petrus in canonica sua. Dulcedo aliq̄ mellea in ramusculis est delectatio fallax ⁊ momētanea: que habēt in reb⁹ vite pñtis in diuitijs: in honozib⁹: in voluptatibus: ⁊ alijs huiusmōi: p quas hō seducit vt attendat piculū suū. Iaz iam securis ad radicē arbozis posita est. Qua abscisa p mortē infernū ingredit vñ nūq̄ egredit. Aliud quoq; addit exemplū Jo. damas. In quadā ciuitate magna hec fuit ꝯsuetudo: q̄ oī anno hoiem ignotū ⁊ extraneū in pncipē eligerēt. Qui oī potestate accepta licitū erat facere q̄cquid volebat: ⁊ sine cōstitutōe terrā regebat. Illo igit in oibus delitijs pmanēte ⁊ semp sic se esse extimāte: repente in eū ciues insurgebāt: ⁊ p totā ciuitatē nudū trahētes in remotā insulā trāsmittebāt exulē: vbi nec cibū nec vestimentū inueniēs: fame ⁊ frigore vrgebat. Tandez quidā sblimatus ad illud dñium cū didicisset illoz ꝯsuetudinē: infinitos thesauros illuc pmisit ad īsulā illā: vbi post annū in exiliū relegat⁹ vt ceteri: alijs qui sibi non puideāt fame deficiēt⁹: in delitijs abūdabat immēsis. Ciuitas hec mūdus est: Ciues pncipes tenebraz qui nos falsa delectatōe decipiūt ⁊ alliciūt quasi nō liceat gaudere vt volumus. Sz nobis inspirātib⁹ mozs supuenit: ⁊ in locū tenebraz demergimur. Ecce piculū nr̄z qđ nō videm⁹. Sz si paupib⁹ largiant bona ista: tūc in alia vita fruimur bonis eternis ex meritō bonoz factoz. Sz vt dō Eccle. ij. Qui timēt dñm pzepabūt corda sua ⁊ sanctificabūt aīas suas. s. vt non incidāt in picula. .§. VII.

Septimo patz periculū ex paucoz euasione.

Uñ in treñ. iij. ca. Uie syon lugēt eo q̄ non sit qui vadat ad solēnitatē Uie syon dicunt opa vtuosa: p que itur ad syō .i. visionē dei. Et dicunt lugere: q̄ quasi nullus incedit p eas. ps. xiij. Corrupti sūt ⁊ abhoīabiles facti sunt in studijs suis: non est qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnū. b. Ber. Periculū pbat. s. hui⁹ vite spūalis trāseūtiū paucitas ⁊ peuntiū multitudo. In magno mari marsilie ō cccc. nauib⁹ trāseuntib⁹ vix euadit vnus a piculo piclitat vna. In hoc mūdo vix de q̄tuoz: immo de decē transeūtib⁹ vix euadit vn⁹ a picl'o.

¶ Mozs est timenda pzopter septem considerationes. Cap. viij.

Tertium quod est timendum est cōiunctoz sepatio .i. mozs p quā sepant ab inuicem que sunt maxime amoze ꝯiuncta. s. aīa ⁊ corpus. Mā liter aūt hanc oīns timēt. Uñ ⁊ xp̄s appzopinquās ad passionē cepit tedere: pauere: ⁊ mest⁹ esse. Mar. xiiij. Et factus est sudoz eius sicut gutte sanguis decurrētis in terrā pzc hozroze mortis sēsualitate repsētate. Lu. xxij. Mozs .n. vt ait phs ē vltimū terribiliū. Ad aūt Tullius dicit. Mozs timēda nō ē quā imortalitas aīe sequit. vult dicere q̄ nō ita timēda est q̄ pzopter hoc quis a vtute recedat ⁊ a debito rōnis vel nimia tristicia absozbeat. Sicut legit de q̄dam medico dicto vrsino qui cū ꝓpter cōstantiā fidei substinuisset tā plura tozmēta: dānatus ad mortē: cū deberet decapitari cepit expauescere adeo: q̄ quasi inclinaret ad fidē negandaz Sed sanctus vitalis miles hoc aduertēs ꝓfortauit eū ⁊ animauit ad tolerantiā: dicēs. O vrsine medice qui ꝓsueuisti alioz curare cozpa noli te iaculo mortis eterne vulnerare: ppē modicū temp⁹ vite presentē. Qui in se reuersus ⁊ cōpunctus de illa nimia trepidatōe ꝓstāter ⁊ libēter recepit palmā martyrij. Timēda est autez mozs ⁊ ad ipsaz se pzeparandū sm illud christi Estote parati q̄ nescitis qua hoza dñs venturus est: Est autē timēda mozs ppter septē que considerantur circa eam.

Primo pzopter eius ineuitabilitatem.
Secundo pzopter eius velocitatem.
Tertio pzopter eius facilitatem.
Quarto ppter eius incertitudinē ⁊ dubietatē.
Quinto pzopter eius occupabilitatem.
Sexto pzopter demonū vexabilitatem.
Septimo ppter ꝓsequentiū qualitatē. §. I.

Mozs utiq; e ineuitabilis est:

Apls ad hebze. ix. Statutū est hoib⁹ semel mozi: q̄n. s. de⁹ dixit pmo parēti ade. In quacūq; die comederis ex eo: morte mozieris. Ecc̄n. iij. Comedēs ergo incidit in penā statuti dñici cum tota posteriozitate ex eo descēdenti Quis. n. est hō qui viuet: ait ps. ⁊ non videbit mortē: quasi dicat null⁹. Nemo. n. est qui semp viuat: ait Salomō: aut qui hui⁹ rei hēat fiduciā Eccle. vij. Omnes. n. mozimur ⁊ sicut aq̄ dilabimur ad mortez tendēdo que non reuertit. ij. Reg. xiiij. Sicut aque fluuiū currūt ad mare: sic dies fluxibiles vite pñtis ad mare amarum mozs. Poeta: mozs dñm seruo: mozs sceptra: ligonibus equat. Bissimilē sil'i ꝓditōne trahit. Et ita est hoc vniuersale q̄ vt dic apls ad Ro. viij. ꝓpzio filio nō pepcit: sed p nobis oīb⁹ tradidit illū. b. Ber. Qui nō pepcit filio qūo pcet seruo! Qui nō pepcit figulo qūo parcet figmēto. Et nos quidē necessitamur ad mortē ppter pcm̄ originale qō ex parentib⁹ ꝥhimus. Omnes. n. in Adam mozimur. Ro. v. Christ⁹ aūt cū non ꝥxerit originale: q̄ nō sm ppagatiōem carnalē ex Adam descendit: ß ope spūs sancti: iō nō necessitabat ad mortē: ß volūtarie carnez sumpsit mortalē. Cuz igit nullus possit eam

euadere: i qua sepat anima a corpe receptura fm ea que gessit in corpe premiū vel penā. Jō hz timere t se prepare. Ūñ Eccle. xviij. Ñ iudiciū. s. pticulare tuū p morte: para iustitiā tibi Narrat Jo. damas. q cū Josaphat filiº regis educeret de palatio ad solatia cū oi genere musicoz t gaudio magno: obuiā habuit leprosum t cecū. Et cū quereret quid hoc esset: dictū fuit ei q sunt passiones hūane pcedētes ex inequalitate hūoz q non sunt oim sz esse possūt oiuz. postea cuz videret senē decrepitū incuruatū et balbucientē: t quereret qd hoc esset ille ita curuatº: balbus: t edētulus. Ñ sum fuit ei: q erat ex senectute magna ad quā oīes oz venire: ni si pcccupet eos mors: nec possunt hoīes viuer circa centū ānos q n ad huius statū pueniant. Tūc auditis his cepit iuuēis cogitare de morte: carnis delicias: mundi diuitias: t honores horrere t querere: si esset alia vita post hanc: t quid futuz? Dicebat quidā q si haberet iudicē fidelē eligere: mortē p ceteris eligeret: eo q nō est acceptio psonaz apud eā. Nec miseret pupillo: nec defert senioi: nec timet potentē: nec verer nobilē: nec horret pauperē aut ignobilē nec dimittit diuitē aut potentē: nec pcēnit infirmū aut ōbilē: nec euitat fortē: nec parcit sapiēti nec insipienti. eccli. xli. O mors bonū est iudicium tuum. Narratur in libro de septem donis: q cum dominus maioricarum haberet filium: nouum militem euntem ad tirocinium: t transeuntē per claram vallem: videns ibi dei milites. b. virgini militantes: cogitans quis finis est vtriusq militie: t q in vtraq posset mori: q mors cōmunis erat illis t his: t iuniorib⁹ et senioribus: intrauit ibi ordinē cisterciencium. Cuz autem pater eius hoc audisset: furore repletus minatus est: q nisi rediret filius ad eum: veniret t destrueret abbatiā illaz. Tunc iuuenis remandauit patri q si vellet auferre: t posset vnā psuetudinē remouere de terra sua: ipse rediret ad placitū suum: quod si non faceret: eū in pace dimitteret. Pater assensit. Filius aūt declarauit ei: que esset illa psuetudo remouēda: videlz: q eque morieba nt iuuenes sicut t senes: t vniuersaliter omnes. Et q illud tollere non possz eum in pace dimitteret. Sicq in religiōe pmā sit. Bona ppatio ad eam est p timorē iustū initialem. Nam vt dicitur eccli. i. c. Timenti deuz bene erit in extremis: t in diebus defunctōnis sue benedicetur. §II

Secundo timēda est

mors propter eius velocitatē. Velociter enim ad eam currimus: t ipa ad nos. Unde Job. c. vij. Dies mei velocius trāsierūt q a texēte tela succidit: consumpti sunt absq vlla spe. Et notanter dicit: q a texente &c. Texens nō scindit telā quousq pficiatur: sed de vita nostra quātū fluxit temporis texit tātū: statim mors scidit. Scidit enim filum instātis psentis: ēcito cursus psentis temporis texuit: q statim esse desinit: et de cetero non erit. Et sequit post illud Iob. c. ix. Dies mei velociores fuerunt cursore. Cursor quantūcunq velociter currat: tamen aliquādo quiescit in comedēdo vel saltem dormiēdo. Sz hoīes continue minimo interuallo semp currunt ad mortem t dormiendo t comedēdo: t bene et male operando semper ad mortem tendunt: et sequitur ps. illō. Dies velociores fuerūt cursore: t quasi naues poma portātes de quib⁹ nesciūtur ad quem portum venient: t velociter etiaz ducunt. Vel quando etsi euadent periculū. ps. Dies nostri sicut vmbra declinauerunt. Umbra hominis sequit eum quocūq vadit: vbi ponit vestigiū statim t vmbra sequit: ita sequitur mors vitam per omne instans. Si quid videtur addi posse ad vitam seu mors retardari t abbreuiari: est opera hominū bona vel mala. Dies enim peccatoris breuiabūtur: ait Salomon. Et econtra. Qui honorat parentes: vita viuet longioi. Et exempla patēt. Nam cū deus apparuit Noe: erat quingentorū annoz: pnunciās ei diluuiū immittendū propter peccata hominū. Et nihilominus etiā promisisset expectare homines centū viginti annis: vt reuerti possent ad penitentiā: dicens. Erūtq dies eius. s. generis humani: centū t vigiti anni: q hoīes abusi sunt eo spacio temporis dato ad penitētiā peioza quotidie perpetrātes: abstulit deus de tempore quod promiserat vite viginti annos. Nam diluuiū inundauit sexcentesimo ano vite noe. Ex q patz: q non expectauit nisi cētū annis: ita dicit. b. Piero. de pe. di. i. pdixerat. Econtra dictū fuit ezechie regi iuda p isaiā ex parte dñi. Disponе domui tue: q morieris tu t nō vives. Et hoc propter peccatū superbie: de victoria data ei a deo ostra sennacherib cesis per angelū in vna nocte cētū octogīta milibus de exercitu eius. Vel fm alios propter ingratitudinem: q nō dignas deo gratias egerit de tāto beneficio liberatōnis eoz. Sed q ezechias recognoscēs peccatū suū subito fleuit fletu magno: curatus est ēcitius ab infirmitate illa: t additi sunt anni quidecim ad vitam ei⁹: vt pz Isa. xxxviij. Et ideo sapiēs salubriter admonet dicēs: eccli. v. Ne tardes conuerti ad dñm: et ne differas ō die in diem. Subito enim veniet tibi ira eius: t disperdet te. Narrat. b. Grego. in quarto dialogoz: q cum quidā assuetus essz multam fidem dare somnijs: quadā nocte somniauit q deberet viuere longo tempore: t ideo in futurū sibi prouideret: quod cū ille firmiter crederet: cepit diuitias congregare: s cito moriens intactas dimisit. Legit quoq in lib. de. vij.

bonis.q cū quedā vetula sortilega audisset quā-
dā auē que dī cuculus vl cucudrinus: pma die
mai qnquies cantātē cucu. Credidit p certo q
tot annis deberet viuere admīa. Ān cū gr aui
ter infirmaret ad mortē: filia sua instāter admo
nebat eā ad penitentiā t confessionē: qz in piculo
vite erat: ait illa. Non oz p nūc: qz viuē adhuc
hō quīq annis. Et cū magis appropinquarz
ad mortē: ita vt vix posset loqui: t illa solicite ad
moneret ad penitentiā: eleuauit quīq digitos:
quasi signo affirmās qō verbo dixerat: quia. s.
quīq annis supuiueret adhuc. Quo facto sta-
tim mortua est: t vt pōt credi sicut in corpe ita
in aīa: quia impenitens. Velociter ergo currit
mors ad quēlibz. h. Hre. Vita ista tpalis etne
cōparata: mors potius est dicēda q vita. Naz
ipse quotidianus corruptiōis nostre defectus
quid est aliud q quedā plixitas mortis. beat⁹
Aug. Temp⁹ vite pntis nihil aliud est q cur-
sus ad mortē: i quo nemo paululū tarde vl tar-
dius ire pmittit: sz omnes pari motu vrgētur.
Seneca: In hoc fallimur q mortē nō pspicim⁹
psentē: diē cū morte diuidim⁹ t illa non habet
ptē deteriorē: qz totū qō transijt vite nre rapuit
t non habēs nisi instās temp⁹: nullus raptor vi
olētior q mors. Idem in li. de nālibus qstioni-
bus. Quod tu times experiris. Quotidie mo
rimur aliqua ps vite nostre dirimit: t tunc q
cū crescim⁹: vita nostra decrescit. Quā mlti de
cepti sunt credentes tarde mori que tā velocit
ꝺ omnez eoz spez inuasit eos. Pharao t egyp
ti credētes diu viuere t dñari hebreis: subito i
mari rubro submersi sunt. Exo. xiiij. Holofer-
nes cū virtute assyrioz robustissim⁹: credētes
subijcere sibi t dño suo mundū: t solus adorari
dñs velociter a femina sancta iudith victi t oc-
si sunt: Judith. xiij. Idez patet de faustu t cre
dulitate antiochi: q credebat se terre t mari do-
minari: t terrā iudeoz facere congeriez sepul-
chroz. Subito pcussus t a vermib⁹ corrosus:
expirauit. Sic ille diues qui sperabat multos
fructus colligere ex possessionib⁹ suis t ampli
are horrea ad reponendū ea ibi: dicēs. Anima
mea habes multa bona reposita in annos plu-
rimos: comede: quiesce. Audiuit subito vocez
domini dicentē sibi. Stulte: hac nocte aīaz tuā
repetent a te ⁊c. Cum ergo velocissime currat
aduersus te mors: time t timore initiali: Eccle.
ij. Serua timorē dñi t in illo veteresce. §. III.

Tertio timēda est mors
ppter eius facilitatē: quia facillime aggredit hominē
t multis: Jaco. iij. Que est vita nostra vapor
ad modicū parens. Et deinceps exterminabit
prosper: ferro: peste: fame: vinculis: algore: ca-
lore. Mille mōis miseros mors capit vna ho
mines. Vita hois est quasi tela aranee: que ad
modicū flatū venti rumpit: imo fragilioz est q
filū aranee. Citi⁹. n. extinguit ab irruente adūl
tate q filū illud a vēto rūpat. Certe in magno
piculo sunt peccatores qui ad filū tam debilem
dependēt super puteū inferni. Narrat de quo
dā tyrāno sicilie domino: q cū quidā eius ami-
cus multū cū eo colloquendo laudaret felicita
tem eius t statū: vnde habebat cām multū gau
dēdi: cū tamē ille tristis t suspectus semp mane
ret: voluit tyrānus vt exemplo deprehēderet i
felicitatē eius t cām tristicie. Unde ordinauit
q vna diez secū prandaret: qō t factū est. Sed
tyrann⁹ iussit poni gladiū acutissimū pendētez
ex filo desup affixo ad solariū. Sed ita subtilē
q perpendi vix posset: directe super caput ei⁹
Cūq ex mādato tyrāni sederet ille cōtra regē
timens amicus ille gladiū imminentē super eū
qui de puncto ad punctū videbat cadendus su
per caput eius: paz comedebat sed tristis ma-
nēs respiciebat: si forte gladius caderet. Et q
uis tyrannus sepe sollicitaret eū ad comeden-
dū de cibis delicatis qui ante eum erant. Ille si
mulabat in vultu leticiam: sed intus plen⁹ erat
timore t dolore. Peracto igit prandio quesi-
uit rex postq surrexerūt a loco illo quare non
gaudiose comederat: Qui causā assignauit: vi
delicet gladiū illū nudū capiti imminentē timu
isse: ne caderet super cū. Tunc tyrānus ait. Si
tu vnū gladiū qui tū erat affixus licet tenuiter
ita timuisti vt putares te infelicē t miserz in tali
prandio. Que felicitas pōt esse mea t que leti-
cia qui tot pericla mortis habeo super me gla
diorz: veneni: infirmitatū: persecutorz: t huius-
modi. Quā feliciter mors accidat homi: patet
Eccls. ix. Nescit homo finē suū. Sed sicut pi-
sces hamo ita hoīes capiunt in tpe malo. Pi-
scis. n. videns escaz sibi placitā: sed non aculeū
ibi absconsuz: auide capit ab esca capit adama
ta. Sic hoīes discurrūt p aquas mūdanaz de
licias: t dū eis occurrit aliquid: vnde credunt
reficī t multum delectari: inde eis mors parat
non solū in cibis toxicatis: sed etiā in alijs duz
nimios sumūt. vnde infirmant t morīūtur: et
ita in delectatōibus venereis. Unde dī Eccl.
xxxvij. Propter crapulā multi perierunt. Et
Seneca Plures occidit voluptas q gladius
Quā faciliter mors occidat hoīem: patet cum
vnus morsus canis rabidi: aculeus scorpionis
visus basilisci: gramen eleborī: sibilus serpētuz
cibus vel potus toxicatus: Incantatō vel ma
leficiū diabolica arte confectū occidat hoīem.
Juxta illud mens nulla insanie polluta: vene-
ni incantata: perijt. xxvi. q. v. Nec miz. Punc-
tura vnius acus aliqñ interficit hoīem. Mo
dicū febrilis calorīs prosternit fortissimuz. Et
medicamēto t nutrimēto sine quo viuere non
potest homo t cibo t potu. s. multotiens incur

rit mors. Item aliqui ex nimia tristicia incurrūt mortem: alij ex nimio gaudio. Ūñ narrat Valerius Maxim⁹ q cū exercitu romano quadā vice in bello existēte occisi fuissent ab inimicis quidā ex romanis: inter ceteros fuit significatū cuidam vidue romane eius filiū qui in dicto exercitu erat fuisse de numero interfectorum. Quod illa omnino credēs vt mortuū lugebat Una autē dierū iuuenis ille filius vidue qui i veritate non fuerat occisus: reuersus est ad vrbem: z inde ad domū suam. Quē mater videns tanto gaudio resoluta est: vt subito pre gaudio moreret. ¶ Ex diuino etiā iudicio aliqui morte pcutiunt: vt ananias z saphira propter mendaciū z proprietatē. Narrat etiā in lib. de septē donis: q cum quidā bubulcus p̄misisset cuidaz femine fide data: q duceret eam in vxorē: cum eam deflorasset z noluisset seruare pactū: excōmunicatus est: et cum pluries admonit⁹ fuisset seruare pactū: z cōtrahere cū illa matrimoniū: z contēneret z rideret ad increpatōes z censuras: in nocte carnisp̄iuij sedens ad ignē z truffans z rides: animaz diabolo reddidit: subito moriens. Timendū ergo mortē p̄pter facilitatem eius: sed timore initiali. Eccī. ij. Obtuentes dominū: sustinete misericordiam eius: z ne deflectatis ab eo ne cadatis. .§ IIII.

Quarto timenda est

mors: z cogitāda p̄pter incertitudinē z dubietatem scilicet hore eius. Origenes nil certius morte: sed nil incertius hora mortis. Et p̄pterea christus admonuit dicens. Estote parati: quia nescitis diem neq̄ horam. Est autez incertum homini in quo tempore: in quo loco: i quo modo: in quo statu moziatur. Unde quantum ad tempus ait dñs Jesus. Vigilate: quia nescitis quādo tempus sit. s. mortis: nescitis enī q̄ndo veniat dñs. s. ad vocandū per mortē ad reddendā rōem an sero: an media nocte: an gallicātu: an mane. Sero est etas senectutis: q̄ finis diei. Media nocte in infātia et pueritia: plena tenebris ignorātie. Gallicāru i adolescētia quādo iā apparet lux vsus rationis: z capax est exhortationis. Mane plena luce in virili etate. Et ideo in qualibet etate oportet vigilare z sibi p̄uidere. In quo loco quis moziat etiaz incertum est. Utrum in domo vl in via: in mari vel terra: in ciuitate sua vel aliena. Ideo voluit dominus incertum esse homini locū mortis: sicut z tempus: vt i omni loco z i omni tēpore timeatur. Seneca. Mors insidiat in omni loco: z tu in omni loco securus expecta. Quo etiā modo seu genere mortis sit quis moritur⁹: ignoraf. Utrum morte naturali vl violēta: vel casu subito. Narratur in libro de septem donis: q cuz quidam vsurarius apud diuīdem ante portam ecclesie beate virginis quandam sibi despōsasset cū qua credebat diu matrimonialiē viuere: casu accidit z dei iudicio: vt alius vsurarius lapideus q̄ erat sculpt⁹ supra portam cum bursa lapidea: bursā illam lapideam p̄oiceret sup caput eius: ex qua percussione subito mortuus ē Quis vnquā potuisz estimare modū illū mortis illius. Nec tamen multū curandū est: quo genere mortis quis moziat: dūmodo bū vixerit p̄ius. b. Aug. Mala mors dicenda nō est cuius bona vita p̄cessit. Unde cum quidā venerabilis z bonus religiosus in studio fuisz repertus subito mortuus: aliqui mirabant. Alij scandalizabātur de tali morte eius subita: dubitantes p̄opter hoc de bonitate eius. Sed cuz repert⁹ fuisset liber quidā apert⁹ ante eū: z digitum ip̄ius habere super certū versum scriptu re: attendētes ad scripturā inuenerūt hāc esse. Justus quacūq̄ morte p̄ueniens fuerit: in refrigerio erit: z iusticia eius non auferet ab eo. ¶ Quantū ad statū nō p̄t esse quis certus in quo statu moziat. s. gratie vel peccati mortalis nisi specialiter de⁹ reuelauerit: sicut fecit ō̄busdam sanctis. Unde dicit Ecclesiastes. ix. Sūt iusti atq̄ sapientes: z opera eoz in manu dei: z tamen nescit homo vtrū odio vel amore sit dignus. Quāuis enim possit quis scire p̄ certo: z debeat credere q̄ si committit aliquod mortale peccatū: quod expresse est cōtra dei p̄cepta vt furtū: fornicatiōez: periuriū: blasphemiā dei z sanctorū: auferat alienum: vsuraz committat z huiusmodi: vtiq̄ est dignus odio dei et inferno: dum permanet in eo. Non tamen est cōtra Etsi caueat quis ab istis manifestis peccatis: z exerceat se in bonis operib⁹ iusticie z pietatis nec remorsum habeat cōscientie alicuius criminis: etsi aliquod perpetrauit: dolet z confessus est: ex hoc nō p̄t scire certitudinaliter dignus esse amore dei. i. esse in gratia eius p̄opter qō dicebat ap̄lus. Nihil inconscius sum: sed non in hoc iustificatus suz. Et ratō est: q̄ vt ait ps. Delicta quis intelligit. Potest enim esse peccatū z mortale: ita in omissione alicui⁹ boni debiti fieri: sicut z in p̄missione mali. Sed minus cognoscunt talia omissa que delicta dicuntur quasi derelicta. Quāuis. n. iustus homo quasi continue se exerceat in operibus virtuosis: et faciliter z delectabiliter. Et scōm phm delectabiliter operari virtuosa sit signū habitus generati virtutū ipsarum. Opera autez virtutuz faciunt hominem dignū dei amore z gratum: tamen quia actus virtutum acquisitaruz per frequētes actus sunt similes omnino actibus virtutuz infusaz. Actus vero p̄cedentes ex virtutibus acquisitis soluz non sunt meritorij: nec faciunt hominē dignum amore dei: sed soluz actus p̄cedentes ex virtutibus infusis ex grā

dei: faciunt hominē gratum deo. Et ideo quia nō potest scire homo vtrū actus de genere bonoꝝ qui ab eo fiunt procedant a virtutibus infusis vel acquisitis. Ideo non possunt ex hoc scire pro certo si sunt in statu gratie dei vel nō. Et ideo vt ait. b. Grego. Bonarū mentiuꝫ est ibi culpaꝫ agnoscere. i. timere esse vbi culpa nō est. di. v. Ad eius. Et Eccl. v. Be ppiciatu pec catoꝝ noli esse sine metu. §. V.

Quinto timenda est

